



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partium Semitas seu partes, & Fasciculum
Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

cap. 13. De Virtute Magnanimitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

CAP. XIII.

De Virtute Magnanimitatis.

Magnanimitas est virtus inclinans ad magna in
 omni genere virtutum. Ideo, secundum
 Aristotelem, Magnanimitas est omnium virtutum
 principium, quia earum actiones illustriores facit.
 Idem Aristoteles Magnanimum definit, di-
 cendo: Magnanimus est magnitudine extensus, quia
 ad magna, quarit excellentiam in omnibus.
 In omnibus rebus aspirat ad summum, juxta rectam
 rationem.

1. Objectum huius virtutis est opus, ut magnum:
 in se, nempe, virtuosa, in quantum est magna &
 illustre. Humilitas respicit actionem, in quantum
 humilis; sed Magnanimitas respicit eandem, in
 quantum est magna & egregia in genere Humilitatis.
 Hinc hoc idem, quod respectu Humilitatis alia-
 que virtutum est modus vel conditio operis &
 honoris, in ordine ad Magnanimitatem est objectum.
 Hinc etiam quorundam solvitur dubium asserentium,
 quod Magnanimitas non videatur esse virtus ab aliis
 distincta; sed sit qualibet virtus in gradu maximo &
 honoris: etenim hæc virtus proprio gaudet objecto,
 quod objectis cæterarum virtutum distincto, uti jam
 dictum est.

2. Actus Magnanimitatis hi sunt: primò, Magna-
 nitas respicit rerum veritatem, & non apparentiam:
 sic Aristoteles: Magnanimus magis curat veritatem,
 quam opinionem. Propterea flocci facit honorem mun-
 danum; è contra vero magni pendit honorem virtutis:
 amat bona cælestia, & spernit terrena.
 Secundò. Non timet contemptus & despectus huma-
 norum, eo quod non æstimet illos.

N 5 Tertiò,

2.2.q.129.

Ethic. c.4

4. Ethic

CAP.

Tertio. Non demiratur pompam & gloriam humanam, quia non magni facit eandem.

Quarto. Injurias tradit oblivioni, & beneficia recepta majoribus compensat beneficiis.

Quinto. Plus aestimat bonum rationis, quam quocunque aliud bonum corporale: quia *Nullum bonum corporale aequivalere bono Rationis*. Quapropter, propter nullum malum corporale, tamen si mortale, recedit à recta regula Rationis; sed firmat voluntatem in bono Rationis contra omnia mala, etiam maxime corporalia.

Denique. Magnanimus aggreditur magis, quae proprias excedunt vires naturales; ac non vires Gratiae à Deo ipsi communicatas.

Arist. Eth. 4. q. 129. a. 4. Præterea, ad Magnanimum spectat: *Non fugere commoventem: non facere injusta: non esse placentem*. Non in quantum hi sunt actus Prudentiae, Justitiae, Patientiae: sed in quantum sunt actus proprii virtutis Magnanimitatis: eos namque respicit secundum *speciem rationem, in quantum sunt contrarii Excellentiae, vel Magnitudinis*.

4. Causa hujus virtutis est consideratio proprietate excellentiae & donorum sibi concessorum à Deo, propter quae Magnanimus honore dignum se aestimat. Quae admodum causa Humilitatis est consideratio proprii nihili & defectuum, propter quos persona dignam se existimat contemptu & despectu.

Effectus Magnanimitatis est elevare hominem ad statum quandam sui comparatione superiorem: dum propria egreditur modicitate, & subintrat Dei Majestatem & Magnificentiam.

3. Pro noticia recti usus, bonique modi exercendi hanc virtutem, advertendum est, nullum posse esse verè Magnanimum, nisi simul cum virtute Magnanimitatis conjungat vitae sanctitatem: quia cum non possit esse Magnanimus in seipso, debet esse Magnanimus in Deo: & dum confidit in viribus & potentia Dei, aggreditur magna. Hic igitur sit principium modus bene exercendi hanc virtutem, ut nimirum